



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

IX. V. possit peccator in articulo necessitatis, & cùm alterius idonei copiam non habet, Sacerdoti nominatim excommunicato confiteri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Caput VI. De Ministro

quàm per malos æquè operari possit; quia
Ioan. 11. & per Caypham Spiritus sanctus, propterea
Matth. 23. quòd esset Sacerdos, locutus fuit; & Moyfis
decreta ac leges, etiam in pessimis Phariseis
Christus defendit. Diuinum itaq; institutū
hominis malitia nequaquā tollit; quod Tri-
Cō. Trid. dentinū Concilium etiam hoc Canone cō-
Sess. 14. firmavit: Si quis dixerit, Sacerdotes, qui in
Can. 10. peccato mortali sunt, potestatem ligandi, &
soluendi non habere Anathema sit.

*Questio IX. Potestne peccator in articulo necessita-
tis, & cū alterius idonei copiam non
habet, Sacerdoti nōminatim excom-
municato, confiteri?*

Respōsio. **E**Xcepto Baptismo, nullū aliud Sacramen-
tum potest recipi de manu hæretici, aut
excommunicati. Nam recepta à præcisis,
aut hæreticis, etiam in articulo mortis mi-
nistrata, aut nullum, aut lethalem habent
effectum.

S E C V N D O, idem patet; si Sacerdos est
nominatim excommunicatus, nō habet po-
testatem propinquam soluendi, & ligandi;
ac proinde peccator, qui non habet Sacer-
dotē, cui confiteatur, nisi excommunicatū,
perinde est, ac si copiam non habeat Confes-
soris; & ita non tenetur illi magis quàm lai-
co confiteri.

Possuntne